

isset, ipse, ut in sacris sepulturae interesset, rogatus est. Anno 1486 obiit Bernhardus*, abbas, 6. idus Maii [10. Mai], ante altare capituli sepultus, nunc reliquiae, translatae in ecclesiae navi, sub lapide proprio quiescunt.

30. [pag. 59] Johannes, XXXI. abbas, de Nova Civitate** ad Cocum flumen oriundus, cognomine Hoffmann. Anno 1486. celebratum capitulum generale sub Johanne, abbate Cistercii 14. Septembris, quod¹ cum definitioribus concessit, construi organum***, ad quod Philippus, dominus in Weinsberg, obtulit 100 aureos. Subscripsit venerabilis ille pater Nicolaus, abbas Pomerii, cognomento Salicetus. Innocentius VIII. pontifex, anno 1488. Johanni, abbati, et successoribus, [concessit²], ut in sigillando ceram rubeam adhibeant, in ornamentis equorum, sella, freno, pectoralibus etc. auricalco sive auro, ac etiam calcaribus ex eadem materia libere utantur. Idem pontifex incorporavit parochiam in Neuwenstat† mensae abbatiali, ipseque abbas accepit investituram parochiae Neuwenstatt [pag. 60] Fridericus³ III, imperator, et Maximilianus, rex Romanorum, favent monasterio. Vixit Bertholdus, archiepiscopus Moguntinus et Rudolphus, episcopus Herbipolensis. Hic coepit primo apponere suis literis: „Vnfers Closters Schönthal“, et ille pro adversariis potius, quam monasterio stetit. Vixit anno 1488. domina Anna Notzaffin, abbatissa in Lichtenstern††. Abbas Johannes annis plurima et utilissima acquisivit et coemit, verbi gratia Wänmenthal, in Oeden, superiore Wittigstatt, Webern, Weinsberg†††, Weinsinburg etc. Plura praestitit, sed fratrum suorum invidentia⁴ permotus abbatiam resignavit et Hallae Superioris curam suscepit. Sacellum altari novo ampliavit. Cum construeretur chorus

¹ qui Hf. ² Hchit in der Hf. ³ Ferdinandus, Hf. ⁴ invidentia qua Hf. wahrscheinlich ist inv. quadam. zu lesen.

1477 in Heidelberg beigesetzt wurde. S. Kremer, Gesch. Friedrichs d. Siegr. I. S. 508. Nach dem Anonymus Epirense waren 17 Äbte anwesend.

* Ueber diesen Abt Bernhard siehe zum Jahre 1482 die historia domestica von Gschardt, a. a. O. S. 357.

** Neuenstadt an der Linde oder am Kocher, D.-N. Neckarthal.

*** Das Generalcapitel in Cîteaux von 1486 beschloß in stat.

5: Abbatii Speciosae - Vallis conceditur, ut organa construere, in eisque canere in ecclesia sua possit, nam iuxta prophetam in chordis et organo dominum laudare jubemur. Martène et Durand thes. anecdot. IV. p. 1641.

† Neuenstadt am Kocher.

†† Siehe oben S. 149. Auch Wämenthal episc. Wirceburg. p. 471 führt diese Äbtissin an.

††† Wänmenthal, D.-N. Weinsberg; Weßheim, D.-N. Neckarthal; Ober-Wittigstadt, N. Boppe; Weinsinburg, D.-N. Weinsberg;

s. Michaëlis, opus insigne, lapidem primum posuit. Johannes Hoffmann, abbas, resignavit anno 1492, deputatus in Hallam Suevorum, ibi obiit anno 1514. Corpus delatum quiescit in capitulo, lapis, tumulum claudens, testatur, fuisse abbatem bene meritum.

31. [pag. 61] Georgius, XXXII. abbas. Sic tum scribebatur et vocabatur, electus feria quinta infra octava [2. Juli 1492] pentecostes¹, dum Cistercio generalis praesesset reverendissimus Johannes, Caesareae d. Georgius, Fonti Salutis* Conradus, Brunbachio d. Michaël, quibus praesentibus resignavit libere Johannes. Georgius die visitationis s. Mariae virginis; benedictionem accepit Herbipoli in monasterio ad Minores. Electus a patribus et fratribus: Wendelino Uberlinger, priore, Mauritio Klee, subpriore, Johanne, seniore abbate, Syfrido, Conrado Weinsberger, Thoma Eyd, Wendelino Gamper, Conrado Wagenmann, Johanne Eynweiler, Michaële Schleyerbach, Johanne Dollt, Wendelino Ammerüch, Leonhardo Zweymann, Erhardo Oeser, sacerdotibus. Cognomen ei Hertlin, patria Geroldbrunn**. [pag. 62] Sub ipso reconciliata ecclesia nostra et Neussess etc. Aedificia constructa, portae primariae prope bursam, portae secundae, quae dicebatur turris piscatoris***, infirmitorium, ambitus circa sepulturam nobilium, hospitium extra portam, bibliotheca, reparata ecclesia s. Annae iuxta portam. Anno 1493. Friderici imperatoris obitus ei per electorem Palatinum denuntiatus est simulque rogatus, ut die lunae post s. Michaëlis [30. September] cum baculo et ornamentis abbatialibus et duobus sacerdotibus Heydelbergam veniat ac pro imperatore sacra faciat. A Maximiliano, rege Romanorum, accepit insignia, privilegia confirmata. Conradum et Kilianum de Berlichingen, ut et Johannem de Asshausen sepelivit etc.† Georgius,

¹ Von erster Hand: die visitationis b. Mariae virginis, [2. Juli].

* Heilsbrunn, Kreisgericht Insbuck.

** Geroldbrunn, wahrscheinlich Gerabronn, wirtens. D.-N. Stadt.

*** Wahrscheinlich so genannt, weil darin der Klosterkicher wohnte.

† Die Quellen für die Ordensgeschichte waren dem Verfasser, wie es scheint, nicht zugänglich. Er verschweigt daher, weshalb nach dem Generalcapitel von 1503 Schönthal in das collegium s. Jacobi in Heidelberg keinen scolarius studiorum gratia schicken durfte, obgleich sonst alle Cistercienserklöster von Süd-Deutschland einen dahin schicken. Wahrscheinlich ist Schönthal erst nach 1503 in die Genossenschaft des collegium s. Jacobi in Heidelberg eingetreten, denn der Abt Gerhard von Schönthal hatte in Heidelberg studirt. Er war aber der letzte Abt von Schönthal, der dafelbst